



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Sacrilegi militis poena.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

Numen: sed insolitis quoq; documentis ad viam  
salutis, ruentes in exitium reuocabat gentes. Pro-  
digij habebatur loco ingens turba maleficarum,  
quæ super flagitia infanda, & sceleræ, quæ perpe-  
trabant dira mortalibus importabant damna  
quemadmodum ipsæ met comprehensæ in que-  
stionibus fatebantur. Nimirum ea contempsa-  
pietatis vltima, & summe horrenda poena est, et  
demq; irati implacabiliter Numinis docu-  
tum, extrema impietas. Ad Canisium venit  
Herbipolitano Præsule Friderico Cancellari  
vrgens incoceptionem Collegij, quod peroptabat  
Antistes in ea Vrbe. Is, dum pessimum deplorabat  
Herbipolitanæ Ecclesiæ statum, narravit pau-  
ante inter tumultum militarem extitisse facile-  
gum Hæreticum, qui sacrosanctā Hostiam (hor-  
rendum dictu) nefariis pedibus proculcare non  
veritus sit. Nec ab Deo vindice vltionem diu mo-  
ratam. Priusquam impiatos pedet efferret è Tem-  
plo, brachium Monstro illi i&tu sclopeti confixu-  
deinde cum domum recessisset, ipsum in se me-  
conuertisse bombardulam, miserrimeq; periisse  
indignum, qui alio conficeretur, quam se ipso

*Sacrilegi militi-  
tis pena.*

carnifice, ut esset Iscariothæ Iudæ consors in pœna, qui fuerat æmulator in scelere.

Duodecimo Kalendas Nouembris Vrsulæ sanctæ consecrato die, initium factum est Dilinganae Academia Societati traditæ. Dilingana A-  
cademia Socie-  
tati traditæ.

sanctæ consecrato die, initium factum est Dilingani Collegij ipso præsente Canisio, qui & præclaræ Oratione de sancti Hieronymi laudibus, cui sacra Academia est, exornauit initia. Aderat etiam Hieronymus Natalis Prouinciæ Germaniæ hoc tempore Visitator. Anno in sequenti ipsa in Societatem Academia tota Dilingana translata est. Tradidit, qui fundauerat Cardinalis Otho, Præful Augustanus: qui in tabulis, quas postea confecit de ea re, commotum se plurimum ad id consilij capiendum profitetur diuturna cognitione, consuetudine, & experientia, quam cum Claudio Iatio docto, atque nunquam satis laudato viro habuit; nec non (ita ad verbum loquitur) cum eximiæ pietatis, ac doctrinæ viro Doctore Petro Canisio, qui in Ciuitate, & diœcesi mea Augustana incredibilem fructum in conuertendis Hæreticis, & stabiendi Catholicis, & aliis nunquam satis admirâdis, & probandis operibus continuè, indefesse, & laudabiliter longo tempore peregit. Ceterùm Visitator Natalis sub felicibus Canisij auspi-

Cardinalis  
Augustani de  
Canisio nobile  
testimonium.